



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

De matrimonio, in quamquam est sacramentum. Quæstio 42.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

matrimonij non est meritorius, sed primo modo.

Ad secundum dicendum, quod homo potest mereri, & in minoribus bonis, & in maioribus: unde quod aliquis minora bona dimittit, ut maiora faciat; laudandus est, à minus meritorio actu discedens.

Ad tertium dicendum, quod indulgentia quandoque est de minoribus malis; & sic indulgetur actus matrimonij, prout ad ipsum movet libido intra terminos matrimonij consistens: sic enim est veniale peccatum. Sed prout ad ipsum movet virtus, sic est meritorius; & non habet indulgentiam nisi secundum quod est indulgentia de minoribus bonis, quæ idem est quod concessio. Nec est inconueniens, quod ille qui tali concessione utitur, mereatur: quia bonus usus beneficiorum Dei meritorius est.

Ad quartum dicendum, quod difficultas laboris requiritur ad meritum præmij accidentalis: sed ad meritum præmij essentialis, requiritur difficultas consistens in ordinatione mediij: & hoc est etiã in actu matrimoniali.

Ad quintum dicendum, quod primus motus secundum quod dicitur peccatum veniale, est motus appetitus in aliquid inordinatum delectabile, quod non est in actu matrimoniali: & idè ratio non sequitur.

QVÆST. XLII.

De matrimonio, in quantum est sacramentum, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de matrimonio, in quantum est sacramentum.

Circa quod quaruntur quatuor.

Primo, utrum sit sacramentum?

Secundo, utrum debuerit institui ante peccatum?

Tertio, utrum conferat gratiam?

Quarto, utrum carnalis commissio sit de integritate matrimonij?

ARTIC. I.

Utrum matrimonium sit sacramentum?

Primum sic proceditur. Videtur, quod matrimonium non sit sacramentum. Omne enim

z 3 sacra-

De hęc indulgentia Apostol. 1. Corinth. 7.

174 Tho. ubi sup. ar. 1. C. 9. Conc. Trid. dent. sess. 24. de sacram. ma. tri. can. 1 lib. 1. de sacr. p. 9. c. 1. non longe à primis.

facramentum nouæ legis habet aliquam formam, quæ est de essentia sacramenti. Sed benedictio, quæ fit per sacerdotes in nuptijs, non est de essentia matrimonij. Ergo non est sacramentum.

lib 1. de sac p. 9. c. 1. non longe à prin.
¶ 2 Præterea, Sacramentum secundum Hugonem est materiale elementum. Sed matrimonium non habet pro materia aliquod materiale elementum. Ergo non est sacramentum.

¶ 3 Præterea, Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi. Sed per matrimonium non confectatur homo passioni Christi, quæ fuit pœnalis: cum habeat delectationem adiunctam. Non ergo est sacramentum.

¶ 4 Præterea, Omne sacramentum nouæ legis significat, quod figurat. Sed matrimonium non est coniunctionem Christi & Ecclesiæ, quam significat. Ergo matrimonium non est sacramentum.

¶ 5 Præterea, In alijs sacramentis est aliquod quod est res & sacramentum. Sed hoc non potest inueniri in matrimonio, cum nõ imprimatur character, alias non iteraretur. Ergo nõ est sacramentum.

SED contra est, quod dicitur Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est. Ergo, &c.

¶ Præterea, Sacramentum est sacræ rei signum. Sed matrimonium est huiusmodi. Ergo, &c.

Tho. in 4 d. 1. ar. 1.
RESPONDEO dicendum quod sacramentum importat aliquod remedium sanctitatis homini, contra peccatum, exhibitum per sensibilia signa. Vnde et hoc inueniatur in matrimonio, inter sacramenta computatur.

Ad primum ergo dicendum, quod verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma huius sacramenti: non autem benedictio sacerdotum, quæ est quoddam sacramentale.

Ad secundum dicendum, quod sacramentum matrimonij perficitur per actum eius, qui sacramentum illo utitur, sicut penitentia. Et ideo sicut penitentia non habet aliam materiam, nisi ipsos actus sensibiles.

subiectos, qui sunt loco materialis elementi : ita est de matrimonio.

Ad tertium dicendum, quòd quamuis matrimonium non conformetur passioni Christi, quantum ad penam, conformatur tamen ei, quantum ad charitatem, per quam pro Ecclesia sibi in sponsam coniungenda, passus est.

Ad quartum dicendum, quòd vnio Christi ad Ecclesiam non est res contenta in hoc sacramento, sed res significata & non contenta; & talem rem nullum sacramentum efficit. Sed habet aliam contentam rem & significatam, quam efficit, vt dicitur f. Magister autem ponit rem non contentam, quia erat huius operis, quòd non haberet rem aliquam contentam.

in se q. 1. solut. lib. 4. sent. d. 26. S. G.

Ad quintum dicendum, quòd etiam in hoc sacramento sunt illa tria : quia sacramenta tantum sunt, et res exterius apparentes. Sed res & sacramentum est obligatio quæ innascitur, viri ad mulierem, ex talibus actibus; sed res vltima contenta, est effectus huius sacramenti, non contenta autem est res, quam Magister determinat.

li. 4. sent. d. 26. S. G.

ARTIC. II.

Utrum matrimonium debuerit institui ante peccatum?

175

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium non debuerit institui ante peccatum. Quia illud quod est de iure naturali, non indiget institutione. Sed matrimonium est huiusmodi, vt dicitur * patet. Ergo non debuit institui.

991. a. 1.

¶ 1. Præterea, Sacramenta sunt quædam medicina contra morbum peccati. Sed medicina non preparatur nisi morbo. Ergo ante peccatum non debuit institui.

¶ 2. Præterea; Ad idem institutio vna sufficit. Sed matrimonium fuit institutum etiam post peccatum, vt in littera dicitur *. Ergo ante peccatum non fuit institutum.

¶ 3. Præterea, Institutio sacramenti debet esse à Deo. Sed ante peccatum verba quæ ad matrimonium

li. 4. sent. d. 26. S. G. B. & C.

Z 4 per-

Gen. 1.

perrinent, non sunt determinate dicta à Deo, sed ab Adam: illa autem verba, quæ Deus dixit*, Crescite & multiplicamini. dicta sunt brutis etiam, in quibus non est matrimonium. Ergo matrimonium non fuit institutum ante peccatum.

Cont. Florent. in doct. 2. de Sacr.

¶ 5 Præterea, * Matrimonium est sacramentum nouæ legis. Sed sacramenta nouæ legis à Christo institutum sumpserunt. Ergo non debuit ante peccatum institui.

SED contra est, quod dicitur Math. 19. Non legistis, quia qui fecit homines ab initio, masculum & feminam fecit eos?

¶ Præterea, Matrimonium est institutum ad procreationem prolis. Sed ante peccatum erat necessaria homini procreatio prolis. Ergo ante peccatum debuit matrimonium institui.

RESPONDEO dicendum, quod natura inclinat ad matrimonium, intendens aliquod bonum: quod quidem variatur secundum diuersos hominum status & ideo oportet, quod secundum illud bonum, diuersimodè in diuersis statibus hominum instituat. Ideo matrimonium, secundum quod ordinatur ad procreationem prolis, quæ erat necessaria etiam peccato non existente, institutum fuit ante peccatum. secundum autem quod remedium præbet contra venus peccati, institutum fuit post peccatum reuocatur legis naturæ: secundum autem determinationem personarum, institutionem habuit in lege Moyse: secundum quod representat mysterium coniunctionis Christi & Ecclesiæ, institutionem habuit in noua lege, & secundum hoc est sacramentum nouæ legis. Quantum verò ad alias utilitates quæ ex matrimonio consequuntur, sicut est amicitia, & mutua obsequia sibi à coniugibus impensum, habet institutionem in lege ciuili. Sed quia de ratione sacramenti est, quod sit signum & remedium, ideo quantum ad materiam institutionis competit ei ratio sacramenti: sed quantum ad primam institutionem competit ei, quod sit effectum

officium naturæ; quantum verò ad ultimam, quòd fit in officium ciuilitatis.

Ad primum ergo dicendū, quòd illa quæ in cõmuni sunt de iure naturali, indigent institutione quãtũ ad eorum determinationem, quæ diuersimodè cõpõnitur secundũ diuersos status: sicut de iure naturali est, quòd maleficia puniãtur: sed quòd talis pœna tali culpe apponatur, per determinationem iuris positiui fit.

Ad secundum dicendum, quòd matrimonium non est tantum in remediũ contra peccatum, sed principaliter est in officium naturæ: & sic institutum fuit ante peccatum, non autem prout est in remediũ.

Ad tertium dicendum, quòd secundũ diuersa quæ oportet in matrimonio determinari, non est inconueniens, quòd diuersas habuerit institutiones: & sic illa diuersa institutio non est eiũdẽ secundũ idem.

Ad quartum dicendum, quòd matrimonium ante peccatum institutum fuit à Deo, quando homini mulierem de costa formauit in adiutorium, & dixit eis, Crescite & multiplicamini: quod quamuis etiam alijs animalibus dixerit, non tamen per ea, eodem modo intelligendum fuit, sicut per homines. Adam verò illa verba protulit à Deo inspiratus, vt intelligeret matrimonij institutionem à Deo factam.

Ad quintum dicendum, quòd quãtũ ad hoc quòd matrimonium est sacramentum nouæ legis, non fuit ante Christum institutum: vt ex dictis patet*.

ARTIC. III.

Virum matrimonium conferat gratiam?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd matrimonium non conferat gratiam. Quia secundũ Hug.* sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiam conferunt. Sed matrimonium non habet aliquam sanctificationem, quæ sit de essentia eius. Ergo non confertur gratia in ipso.

¶ 2. Præterea, Omne sacramentum conferens gratiam, confert ipsam ex materia & forma sua. Sed actus qui sunt materia in hoc sacramento, non sunt causa

gra-

Gen. 1.

in corp. art.

176

lib. 1. de sac. p. 9. c. 1. onc. Trid. sess. 24. in pr. § Gratia vero.

gratiz: quia hoc esset Pelagiana hæresis, scilicet, quod actus nostri sint causa gratiz. Verba etiam exprimentia consensum non sunt causa gratiz, nam ex eis non fit aliqua sanctificatio. Ergo in matrimonio nullo modo gratia datur.

¶ 3 Præterea, Gratia ordinata contra vulnus peccati est necessaria omnibus habentibus vulnus illud. Sed in omnibus inuenitur concupiscentiz vulnus. Si ergo in matrimonio daretur gratia contra vulnus concupiscentiz, deberent omnes homines matrimonium contrahere; essetque stultum valde à matrimonio abstinere.

¶ 4 Præterea, Infirmetas non accipit medicamentum ab eo, à quo accipit intensiorem. Sed per matrimonium concupiscentia accipit intensiorem: quia sicut dicit Philosophus in 2. Ethic. * insatiabilis est concupiscentiz appetitus, & per operationem concupiscentiz augetur. Ergo videtur, quod in matrimonio non conferatur remedium gratiz contra concupiscentiam.

SED contra, Definitio & definitum debent conuerti. Sed in definitione sacramenti ponitur * caritas gratiz. Ergo cum matrimonium sit sacramentum, erit gratiz causa.

¶ Præterea, August. † dicit, quod matrimonium est ægrotis in remedium. Sed non est in remedium nisi in quantum aliquam efficaciam habet. Ergo habet aliquid efficaciz ad reprimendam concupiscentiam. Sed concupiscentia non reprimitur nisi per gratiam. Ergo in ipso confertur gratia.

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt, quod matrimonium nullo modo est causa gratiz, sed est tantum beneficium. Sed hoc non potest stare: quia secundum hoc in nullo abundaret à sacramentis veteris legis; unde non esset aliqua ratio, quare sacramentis nouæ legis annumeraretur. Quod enim remedium præbeat faciendo concupiscentiz, ne * deinceps ruat, donum nimis.

alias, in præceptis.

lib. 2. non multū remote a fine libri. * Tho in 4. d. 1. q. 1 ar 1. q. 3. & seq. † in lib. de bono viduitatis ca. 8. circa fin. 20. 4. & de Genesi ad litt. li. 9. c. 7. 3.

pinis ar
na ura a
ibi grati
satur ach
esse. S
reteri le
dere à n
re extra
com illa
Sed h
impedie
illam ca
alij dicit
Christi c
tantem a
tantur: &
tur diuin
bus homi
patet, qu
qua mem
hæc cu
mutatio
sem pro
er facere
supra dic
res conse
Ad pri
pulum ha
tatu car
hoc, quod
ad princ
Ad sec
cum forn
gratiam,
verba ex
quem da
modi re
te opera

nimis arctatur, habuit etiam in veteri lege ex ipsa
 na ura actus. Et ideo alij dixerunt, quod confertur
 ho gratia in ordine ad recessum a malo: quia excu-
 satur actus a peccato, qui sine matrimonio peccatum
 esset. Sed hoc esset nimis parum: quia hoc etiam in
 veteri lege habuit: & ideo dicunt, quod facit rece-
 dere a malo, in quantum contrahit concupiscentiam,
 ne extra bona matrimonij feratur; non autem per gra-
 tiam illam fit aliquod auxilium ad bene operandum.
 Sed hoc non potest stare: quia eadem gratia est, quæ
 impedit peccatum, & quæ ad bonum inclinatur; sicut
 item calor qui auferit frigus, & qui calefacit. Unde
 alij dicunt, quod matrimonium in quantum in fide
 Christi contrahitur, habet ut conferat gratiam adiu-
 tantem ad illam operanda, quæ in matrimonio requi-
 rantur: & hoc probabilius est. Quia ubicumque datur
 diuinitus aliqua facultas, datur etiam auxilia, quibus
 homo conuenienter uti possit facultate illa: sicut
 patet, quod omnibus potentijs animæ respondent ali-
 qua membra corporis, quibus in actum exire possint.
 Unde cum in matrimonio detur homini ex diuina
 institutione facultas utendi sua vxore ad procreatio-
 nem prolis, datur etiam gratia sine qua id conueni-
 ter facere non possit: sicut etiam de potestate ordinis
 supra dictum est*: & sic ista gratia data, est vltima
 contenta in hoc sacramento.

9. 35. ar.
 1. corp.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut aqua bap-
 tismi habet, quod corpus tangat & cor abluat, ex
 actu carnis Christi: ita matrimonium hoc habet ex
 hoc, quod Christus sua passione illud representauit, &
 ad principaliter ex aliqua sanctificatione sacerdotis.
 Ad secundum dicendum, quod sicut aqua baptismi
 cum forma verborum non operatur immediate ad
 gratiam, sed ad characterem: ita actus exteriores &
 verba exprimentia consensum, directe faciunt nexum
 quemdam, qui est sacramentum matrimonij: & huius-
 modi nexus ex virtute diuinæ institutionis disposici-
 onis operatur ad gratiam.

Ad

Ad tertium dicendum, quod ratio illa procederet, nisi contra concupiscentiæ morbum posset aliquid efficacius remedium adhiberi. Adhibetur autem in hoc remedium per opera spiritualia & carnis mortificationem ab illis qui matrimonio non utuntur.

Ad quartum dicendum, quod contra concupiscentiam potest præstari remedium dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius concupiscentiæ, ut reprimatur in sua radice: & sic remedium præstat matrimonium per gratiam, quæ in eo datur. Alio modo, ex parte actus eius: & hoc dupliciter. Vno modo, ut actus ad quem concupiscentia inclinat, exterius turpitudine careat: & hoc fit per bona matrimonij* quæ honestant carnalem concupiscentiam. Alio modo, ut actus turpitudinæ habens impediatur, quod fit ex ipsa natura actus: quia dum concupiscentiæ satisficit in actu coniugali, ad alias corruptelas non ita incitat. Propter quod dicit Apostolus ad Cor. 7. Melius est nubere quam vri. Quamuis enim opera concupiscentiæ congregata, secundum se mala sint concupiscentiam augere, tamen secundum considerationem ordinantur, ipsam reprimunt: quia ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones & habitudines.

ARTIC. IV.

Vtrum carnalis commissio sit de integritate matrimonij?

377

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod carnalis commissio sit de integritate matrimonij.

Gen. 2. In ipsa enim institutione matrimonij dictum est, Erunt duo in carne una. Sed hoc non fit nisi per carnalem commissionem. Ergo est de integritate matrimonij.

¶ 2 Præterea, Illud quod pertinet ad sacramenti significationem, est de necessitate sacramenti, ut prædictum est*. Sed carnalis commissio pertinet ad significationem † sacramenti, ut in littera* dicitur. Ergo est de integritate sacramenti.

¶ 3 Præterea, Hoc sacramentum ordinatur ad conservationem speciei. Sed conservatio speciei

q. 29 ar. 1 corp. 2. ar. 2. huius q. † Al. matrimonij. * lib. 4. sent. d. 26. S. R.

non potest de integritate...
¶ 4. secundum...
sunt de quibus...
betur, quia...
carnaliter...
SED co...
non fit...
non est...
¶ Præ...
ficatione...
et mat...
carnalis...
RESPON...
sio. Vna...
primam;...
conditur...
sunt in op...
quædam o...
citas ad l...
secunda in...
Ad prin...
integritate...
tionem...
Ad secu...
non est d...
facionem...
non co...
Ad terti...
nem suam...
quod finis...
tionem*...
non de p...
Ad quar...
carnalem...
re in eo...
integrit...

non potest fieri sine carnali commitione. Ergo est de integritate sacramenti.

¶ 4 Præterea, Matrimonium est sacramentum, secundum quod remedium contra concupiscentiã præfatur: de quo dicit Apost. 1. Cor. 6. quòd melius est nubere, quam vri. Sed hoc remedium nõ præstat his qui carnaliter non commiscuntur. Ergo idem quod prius.

SED contra, In Paradiso fuit matrimonium. Sed ibi non fuit carnalis copula. Ergo commistio carnalis non est de integritate matrimonij.

¶ Præterea, Sacramentum ex suo nomine sanctificationem importat. Sed sine carnali commitione est matrimonium sanctius, ut in litteras dicitur. Ergo carnalis commistio nõ est de necessitate sacramenti.

RESPONDEO dicendum, quòd duplex est integritas. Una, quæ attenditur secundum perfectionem primam; quæ consistit in ipso esse rei. Alia, quæ attenditur secundum perfectionem secundam; quæ consistit in operatione. Quia ergo carnalis commistio est quedam operatio siue usus matrimonij, per quod factus ad hoc datur: ideò carnalis commistio erit de secunda integritate matrimonij, & non de prima.

Ad primum ergo dicendum, quòd Adam exposuit integritatem matrimonij, quantum ad utramque perfectionem, quia res ex suo actu innoscit.

Ad secundum dicendum, quòd significatio rei committitur est de necessitate sacramenti: & ad hanc significationem non pertinet carnalis commistio, sed ad non contentam, ut ex dictis patet*.

Ad tertium dicendum, quòd res non peruenit ad finem suum, nisi per actum proprium: unde ex hoc, quòd finis matrimonij non habetur sine carnali commitione*, oportet quòd sit de integritate secunda, & non de prima.

Ad quartum dicendum, quòd ante commitionem carnalem matrimonium est in remedium, ex gratia: & in eo datur; quamvis non ex actu, qui pertinet ad integritatem secundam.

Sum. argum. est in Aug. de consen. su. Euag. lib. 2. c. 1. § lib. 4. sent. d. 26. S. G. vide Aug. gust. lib. 22. cont. Faust. c. 8. to. 6. Et in lib. de nuptijs et concup. c. 1. § li 5. cont. lul. c. 9. & de bono conjugali, c. 8. to. 7. q. 4. ar. 2. ad 4. et 5. Al. ostendit.

QVÆ-